



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXVII. Valentina Pontificalium. De intestabilitate Episcoporum,
aliorumque Prælatorum, de sacra suppellectili, aliisque rebus ad Ecclesia
servitium, vel Divinum cultum de servientibus, quamvis ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

jusmodi recognitionis sufficientia adminicula extrinseca accederent; Seus autem illis cestantibus, ex certo, receptoque principio, plures hoc eodem titulo, & in altero de legatis, ac etiam de alienat. & contract. insinuato, & sub tit. de credito, ac alibi, ut etiam in non prohibitis, neque suspe&tis, nuda debiti confessio in testamento, vim habeat legati, in quod resolvatur; Multò verò magis, ubi ratio prohibitus, vel suspicionis accedit, ut quod directe non valet, ita indire&e substineatur.

Et fortius, quia eadem agitio, de affectatione potius, ac mendacio convincebatur, unde propterea refutabat vehementer argumentum in contrarium, quod primam regular rationem confirmabat, dum in primo testamento, testatrix expressè declaraverat, quod nihil dicto filio debeat ex causa alimentorum, quæ sibi cum industria, & labore propriisque bonis paraverat, quinimo quod ipse filius potius ab ea beneficium gratuita habitacionis in ejus domo receperat, istaque declaratio, ab extrinsecis facti circumstantiis adminiculata, convincebatur verior; Incertum autem est quid in causa sequutum sit.

VALENTINA PONTIFICALIUM PRO HÆREDITATE ARCHIEPISCOPI CUM CAPITULO

Casus decisus per Rotam ut infra.

De intestabilitate Episcoporum, aliorumque Prælatorum, de sacra suppelle&tili, aliisque rebus ad Ecclesiæ servitium, vel Divinum cultum desercentibus, quamvis testandi facultatem habeant, ut in eis necessaria sit Ecclesiæ successio; quibus bonis intelligenda veniat, & quænam propriè dicantur venire sub hac sacra suppelle&tili.

S U M M A R I U M .

- 1 **D**e intestabilitate clericorum de bonis Ecclesiæ intuitu quæstis.
- 2 **I**n specie de intestabilitate Pontificalium, ac sacrorum paramentorum, & vasorum, non obstante facultate testandi.
- 3 **F**acti series.
- 4 **R**esolutiones causa.
- 5 **Q**ua sint paramenta, & vestimenta sacra, in quibus cadat intestabilitas de qua n. 2.
- 6 **d**e eodem, & à quo pendeat hujus questionis decisio.
- 7 **Q**uando bona dicantur ita distincta, ut veniant sub certo genere.
- 8 **E**t quando quis dicatur familiaris, vel servitio addictus ad effectum comprehensionis sub aliqua dispositione.
- 9 **D**ispositio debet referri ad ordinaria non autem ad extraordinaria.

- 10 **Q**uod non placeat ultima resolutio quod certa bona.
- 11 **D**e constitutione Urb. 8, super sacra suppelle&tili Cardinalium.
- 12 **D**e observantia Cameralium in spoliis Episcoporum.

D I S C . LXXVII.

QUAMVIS ex facrorum Canonum dispositione, plures in præcedentibus enunciata, præsertim disc. 7. & 34. clericis, etiam in Prælatura statu, vel in majorie ecclesiastica dignitate constituti, sint intestabliles, respectu bonorum, quæ clericatus, vel Ecclesiæ intuitu quæstis sint, in quibus necessarium habent hædem ipsam Ecclesiam, vel ejus loco, Cameram Apostolicam, in illis partibus, in quibus recepta sunt Constitutiones Julii tertii, aliorumque Pontificum, quamvis agatur de bonis, cum reliquo prophano patrimonio jam confusis, & incorporatis, cum haec distinctione confusionis, vel incorporationis sequitur, necne, non percutiat hanc materiam intestabilitatis, sed alteram acquisitionis dominii, quodque bona adhuc non confusa, remanent in dominio Ecclesiæ, ac veniant sub nomine frumentorum, etiam respectu eorum, qui ex Apostolico indulto testandi facultatem habent, iuxta distinctiones, de quibus ad hanc materiam spoliis clericorum sub tit. de beneficiis disc. 8.1. cum pluribus seqq. Attamen generaliter in Cardinalibus, ac etiam frequenter in magnis, & qualificatis Prælatis, haec intestabilitas de facto cessare solet, ob testandi indulta Apostolica concedi solita, quorum plures mentio habetur supra disc. 6. cum seqq.

Eis tamen non obstantibus, per constitutionem 42. Pii V. dispositum est, ut eadem intestabilitas, adhuc 2 vigere debeat in Pontificalibus, aliiisque sacris vasis, & paramentis, Divino cultui destinatis, que sub sacra suppelle&tili nomine explicari solent, ut scilicet in istis, Episcopi, aliqui Prælati, ipsam Ecclesiam Cathedram, seu maiorem habere debeat successorem, interdicta testandi, seu alias disponendi facultate; Idque ad instar favore capella Pontificis per Constitutionem 164. vel 165. Urbani VIII, quoque dispositum est in Cardinalibus, cum aliqua tam moderatione, ut non veniant quedam vasa argentea, præsertim candelabra quamvis cappellæ usui destinata.

Cum igitur Archiepiscopus Aliaga, dictum testandi indultum haberet, atque condito testamento, pro consueta nimis commendabili Hispanorum Prælatorum pietate, de ejus asse, ad pios usus disposuerit, commissa quibusdam qualificatis excuitoribus distributione; Ipsaque vivens, pro maiori decore dignitatis, magnam haberet argenteorum vasorum quantitatem pro domesticis usibus, quibus quandoque pro quadam maiestate utique solitus erat, quando in majoribus solemnitatibus, pontificaliter celebrabat, Hinc proinde, nulla cadente quæstione super vasis, ac paramentis sacris, quæ capellæ seu divinis usibus destinata erant, ad formam dictæ Constitutionis Pii V. prætentioem excitavit Capitulum Metropolitanum, ut etiam omnia dicta vasa argentea, sub ejusdem Constitutionis dispositione, ad Ecclesiæ favorem, venire deberent.

Quare introducta causa in Rota coram Priori, datoque dubio, an & quæ bona Ecclesiæ debeantur sub die 15. Junii 1657. prodit resolutio generalis, ut venire solum deberent vasa, & bona, quæ tanquam

quam Divino cultui destinata, servabantur penes capellantum, qui *vestiarius* ibi appellatur, non autem alia conservari solita per aliuum ministrum, qui vulgo *credentiorius* dicitur, atque ad normam dictae resolutionis impress. par. 12. rec. de. 269. approbat etiam sub die 17. Martii 1659 coram eodem emanavit sententia; Commissione causa appellatis in eadem Rota coram *Albergato* sub die 4. Iulii 1663 prodit resolutio dictae sententie reformatio, seu magis specificativa, declarando scilicet, sub dicta Constitutione ad Ecclesie favorem venire, atque sub Prelati testamento non comprehendendi omnia paramenta, & ornamenta sacra; Ut sunt, mitra, planeta, pluviales, tunicella, dalmatica, lincei amictus, & humilla prophani usibus incongrua, & super quibus nulla erat quaestio; Et quoad vas argentea, vlaurea, non curata distinctione, an penes sacram, vel prophanum ministerium aservarentur, ut venirent calices & patenæ, aliaque vasa, quæ solum Divinis ac sacris usibus deserviunt, nec non candelabra argentea, quæ ex eorum structura, pro altaris, non autem pro domesticis privatis usibus deserviunt; ac etiam vasa aquæ sanctæ cum aspersoriis, & una pelvis magna, cù urco, seu gutturo, ac duo crateres argentei, stantibus probationibus factis, quod in ordinationibus, aliisque pontificalibus solemnitatibus, seu functionibus, istorum valorum continuos, ac penè necessarius esset usus, ideoq; dicēdā venirent ad id principaliter destinata; Quamvis ex parte exequitorum è converso, probatum esset, quod occasione hospitalitionum, & conviviorum, vel in aliis contingentibus domesticis, eadem vasa, inter alia, in abaco, seu ut vulgo dicitur *credentia*, apponi solita essent; Neque quod sciam causa alteriore habuit progressum, quia forsan Partes huic ultimæ resolutioni acquieverint.

Hujusmodi autem disputationum punctus, potius facti, quam juris esse videbatur; Non dubitabatur enim, ut sub dicta Constitutione Piana, non venirent vasa, & bona domesticis prophani usibus principaliter destinata; Et è converso, ut venerint ea, quæ principaliter destinata erant Divinis, quamvis accidentaliter Episcopus, una bonorum specie, ad alium usum, ad ornatum, vel decorum, prater necessitatem, vel connaturalem destinationem revertur, ut firmant *Navarr. Mainat. Bonacini. Maramanta*, & alii deduci in prima dec. 259. par. 12. rec. Ideoque admissa per Scribentes hinc inde ista theoria, totus punctus erat in applicatione, & a de una, vel altera specie bona dicerentur; Absolum enim esset dicere, quod si Episcopus, aulea, aliaque serica paramenta domestica, adhibere solet pro ornatu Ecclesie in diebus solemnibus, exinde dici valeat, ut ecclesiasticis usibus ea destinata sint, & ita pariter de vasis argenteis.

Hinc proinde, ad rem conferre observabam ea, quæ habentur sub tit. legat. disc. 6. & 7. ac etiam sub tit. de servitio, ad materiam redactus disc. 74. super questione, an, & quæ bona dicantur al.

teri annexa, ut sub ejus dispositione veniant, ejusque pars dicantur, cum in hoc, non localitas, vel altera materialis circumstantia, sed destinatio patris familias totum faciat ex iuribus ibi deductis, dum eadem Constitutione ponderat destinationem, ibi ad usum, & cultum Divinum destinata.

Atque ad effectum dignoscendi, an bona, uni, vel alterius usui magis, ac principaliter destinata essent, ponderabam etiam conferre ea, quæ habentur sub tit. de iuris dict. disc. 33. super punto, an & quando dicatur quis verè familiaris, vel servitio additus, ut attendatur major pars temporis, & vitæ, cum similibus.

Beneque ad rem facere ponderabam text. in l. 9. Scio amico g. medico ff. de annuis legat. ex quo desumitur per Scribentes theorica, ut dispositio, ad ordinaria, non autem ad extraordinaria debeat referri.

His stantibus, placuit resolutio quoad alia charata bona, non autem quoad malluvium, & gutturiū, & crateres argenteos, dum ad solum laetorem, seu magis honorificum usum lotionis manuum, & exhibitionis aliquarum rerum per Episcopos, aliosque Praelatos hæc adhiberi solent, sed ista non est fixa, & connaturalis destinatio, ad hos usus, e modo quo sunt candelabra, icona pacis, & alia prædicta vasa sacra, cum id potius respiciat quid mere prophanum.

Idque bene comprobari observabam ex dicta Constitutione, 164. Vrb. 8. per quam, ista vasa, in specie excipiuntur; Quamvis enim illa Constitutione 11. percussit casum diversum, sacra suppelletilis Cardinalium, ad favorem Pontificiæ cappelle; Attamen, eadem videtur ratio, atque ab uno casu ad alium re & arguere licet, saltim pro interpretatione, ut in specie ab ista Constitutione Pii V. arguit Spad. cons. 135 lib. 1. ad Constitutionem Julii 3. disponentem de eadem suppelletili Cardinalium ad favorem cappellæ Pontificiæ, innovata in per dictam constitutionem Vrb. VII. eò quia, per indulta, quæ etiam in hoc solebant concedi, videbatur in desuetudinem abiisse, quod etiam hodiè non obstante hac moderna Constitutione aliquibus Cardinalibus concedi solet.

Nimium quoque in idem conferre observabam quotidianam observantiam Cameralium, in spoliis Episcoporum, quoniam ad prescriptum dictæ Pianæ Constitutionis, elinquentur pro Ecclesia, vestimenta, & paramenta sacra, mereque Pontificalia, ac etiam vasa merè congrua hunc Divino usui tantum, non autem hæc vasa argentea, quibus Episcopus, in ordinationibus, aliisque solemnitatibus, uti solitus esset, sed ad prescriptum Apostolicarum Constitutionum, cadunt sub spolio; Ideoque in hac parte, fuit quoddam æquitativum arbitrium, quod stante magna quantitate argenterum, visum fuit interponi in remodica, potissimum quia, ut dici solet, est auferre Deo, ut detur Deo, dum etiam Ecclesiæ, ipsique operibus id applicabatur.

De LUCA
De
Instrumentis
etc.
GVI
g